

in l. si quis ad exhibendum. ff. de exec. rei iudi. Bal. in c. cum super in fi. de causa poss. & propri. idem Bal. & Bart. in l. i. c. si plures una sent. Corneus. conf. 10. colu. 3. lib. 2. Soci. conf. 181. num. 79. lib. 2. Alexan. in l. is apud quem. colu. penult. C. de edendo. Curtius Iunior conf. 179. post prin. Alexan. conf. 93. repeti. n. 3. vers. respondeo quod sententia. lib. 6. latè Cardinal. Tusc. ubi supra. concl. 12. 4. nu. 10. & concl. 12. 5. per totam. & concl. 126. à num. 38. cum seqq. Seraphi. decis. 354. n. 18. tom. 1.

70 Quod pertinet, quod sententia præsumitur lata ex causa deducta in libello, & petitione, & secundum eam in dubio debet declarari, & interpretari gloss. in l. ha enim cause. de suspect. tuto. & in d. si quis ad exhibendum. gl. nota. in l. & puto. §. i. ff. famil. hercis. Bal. in l. i. C. de errore calcul. & post Baldum Nouell. ita tenet Phanu. in tract. de lucro dotis in rubr. num. 29. fol. 26. in parvis. Castrenf. conf. 270. lib. 2. Alexan. conf. 49. num. 8. lib. 7. Aymon. Crauet. conf. 186. num. 5. Socin. Iun. conf. 181. num. 7. lib. 2. Ioan. Faber in §. curate num. 13. vbi lff. num. 3. 5. instit. de actio. Bal. conf. 501. per totum. lib. 5. Escobar in tract. de ratiocinijs, latè post alios cap. 18. n. 23. & 24. Cardi. Tusc. d. concl. 126. n. 22. 36. & 50. Menoch. conf. 110. n. 4. lib. 2. & quod sententia recipit declarationem à libello. Seraphi. decis. 640. n. 2. tom. 1.

71 Et ex iis pendet soluenda utilis, & practicable quæstio, & difficultas, an agens interdictio vt possidetis, in quo iudicio reus fuit absolutus, postmodum lata sententia, incipit reus actorem molestare: an actor possit iterum hoc interdictio agere, contra reus semel absolutum, fundatus in eo, quod de nouo fuerit turbatus, an ei obstat executio rei iudicatæ absolutoriæ, opposita à reo. In qua difficultate videtur dicendum illi non obstat, quoniam noua hæc turbatio debet esse causa huius interdicti proponendi. arg. text. in l. procurator ad exhibendum. ff. rem ratam haberi. text. in l. si quis ad exhibendum. & in l. sed & si postea. ff. de nox. a.

72 quibus probatur, quod ex noua possessione superueniente, datur rei vindicatio contra semel absolutum.

73 Sed pro contraria parte, imò quod prædicta exceptio rei iudi. obstat, vtget, quod hoc possessorium vt possidetis, remedium actori competit ratione possessionis, & hæc præsumitur eadem, & continuata, quare cum detur rei identitas, causæ, & personarum, debet rei iudicatæ agenti obstat exceptio. l. cum queritur. cum l. sequen. ff. de exceptio. rei iudi. Borgni. Caualea. decis. 18. nu. 127. p. 3. & alibi passim. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. Cuius difficultatis solutio pendet ex iis,

quæ hætenus sunt scripta, est etenim attendenda causa, ex qua absolutus fuerit reus, quoniam si ex eo fuisset lata sententia absolutoria pro reo, qui non turbauit actorem, quod est causa præcisæ huius interdicti: tunc rectè potest actor contra turbatorem de nouo iterum agere, cui nec obstat exceptio rei iudicatæ, quia non est eadem, sed noua causa, hæc noua turbatio, orta post sententiam, nouum ex ea oritur agendi principium. Si autem sententia fuisset lata pro ipso reo ex defectu possessionis actoris, quare iudex reum absoluit, quia sibi defecit qualitatibus iustificatio, nempe possessionis omnimodo hoc iudicio necessariæ, vt quia constitit possidere vi, clam, aut precario, à reo absoluto; tunc actor non poterit iterum agere, rei iudicatæ exceptione illi obstante: nisi fortè dicat, agere ex noua possessione, vel ex noua causa, & qualitate, per quam prior causa, & tunc etiam prior qualitas possidendi mutata dici posset, argumento tex. in l. 3. §. illud. & in l. qui bona fide fide §. i. ff. de acq. poss. & in l. non solum. §. i. ff. de usucapioni. & in l. 2. §. ff. de usucapio. pro emptore. & in l. penult. & ff. si pars hæredit. peta. & in l. cum nemo cum materia. C. de acquirend. poss. & in l. si in prin. ff. de precario. & hanc distinctionem ita docet Bald. in cap. cum super. n. 8. col. 2. de causa poss. & propriet. sequitur Anton. Gom. in l. 45. Tauri n. 147.

74 Quid autem, vbi nec ex sententia, nec ex actis apparet, ex qua causa lata fuisset absolutoria sententia, sed est dubium, tunc eodem modo obstat exceptionem rei iudicatæ, dicit post Bald. vbi proximè, & alios, Anto. Gomez in d. num. 177. ad si quia secundum eos debet intelligi de omni causa, quæ probari incumbat actori, & ad hos distinctionis terminos dicit reducendum, & intelligendum, quod asserit Faber in §. retinenda. col. 10. num. 3. i. instit. de actio. quod quidem & ex eo comprobatur, quoniam in dubio sententia debet interpretari, & declarari in fauorem eodemnati, contra quem lata est in eo quod minus ei noceat. Alexan. conf. 46. circa prin. colu. 1. lib. 5. Soci. conf. 134. visa. colu. 2. lib. 1. Decius conf. 43. col. 1. Alex. conf. 46. visis & accuratè. num. 6. lib. 1. & conf. 174. opportune num. 2. lib. 2. Decius conf. 43. & pro tenui n. 3. cum alijs per Crauet. conf. 44. Micha. Muthe. num. 10. Ab. conf. 7. in fi. lib. 1. Curtius iunior conf. 17. ad fi. & conf. 74. col. 6. ad fi. & conf. 153. ad fi. Aymon Crauet. conf. 74. in fi. & conf. 188. num. 2. Menoch. conf. 110. num. 3. 4. & 35. lib. 2. Boss. in praxi tit. de fals. defens. num. 3. Capha. conf. 249. à num. 18. cum seqq. & per eundem Paz. in tit. de tenu. 1. tomo. cap. 11. num. 20. imò in dubio contra eum,

eum, qui se fundat in sententia, facienda est interpretatio, prout & etiam in contractibus, optimè Menoch. d. conf. 110. num. 36. Card. Tusc. pract. conclusio. tom. 7. l. i. c. 8. concl. 126. num. 53. & supra latè à num. 49. & iterum num. 74. & 75. qui adhuc num. 99. post plures, quos allegat: inquit, quod qui se fundat in sententia, debet habere rem claram, aliàs contra eum fit interpretatio.

75 Iis proxima est illa difficultas, quæ soluenda se offert, an absolutoria sententia in criminalibus generaliter lata, è qua sententia non apparet, ex qua causa fuerit lata; an diffinitiuæ, an interlocutoria ab obseruatione iudicij intelligatur, vt iterum possit reus inquiri, & molestari pro eodem delicto. Pro cuius resolutione supponuntur hætenus adductæ doctrinæ, vt sententia generalis, & dubia recipiat interpretationem, & declarationem ex actis. Ideo si ex eis apparet de non commisso crimine, sententia quoque intelligitur lata ob non commissum crimen, & consequenter erit diffinitiuæ, at verò si ex actis non apparet de non commisso crimine, & sic de accusati innocentia, sed dumtaxat constat, crimen non probatum, sententia dicitur lata ob non probatum crimen, non autem ob non commissum, quia ita ex actis apparet & colligitur. Et tunc isto secundo casu dicendum est, secundum magis communem, & obseruatam practicam: vt sit lata ab obseruatione iudicij, vt post alios, & longam indagacionem dicit Prosper. Farinac. in pract. crimin. tom. 1. quest. 4. sub num. 28. asserens, quod cum hæc sit communis praxis recepta (de qua nos statim) vt absolutio rei ob non probatum crimen debeat esse ab obseruatione iudicij, & non diffinitiuæ: ita etiam iudicem absoluere voluisse præsumendum esse, cum omnis actus, & dispositio etiam legalis à consuetudine interpretationem recipiat, & cum ea iudicis potestas se conformare præsumatur. l. cum de consuetud. in princip. ff. de leg. l. quod si nolit, §. quia asidua, ff. de aditio. edicto. B. in l. semper in stipulatio. ff. de regul. iur. Abb. in cap. certificari. de sepulch. Felin. in cap. ex literis. in 7. declaratione de fide instrumento. & alij per Cagnol. in l. si quis maior, num. 72. C. de transactio. & in rubr. ff. si quis ius dicen. non obtemper. n. 24. quibus adde quæ superius latè diximus, versicul. quod corroboratur ex eo, à numero 59. vbi plurimos adduximus Doctores, & per consequens hoc casu nouis superuenientibus iudicijs, poterit reus iterum de nouo conueniri, & molestari.

82 Et quod quando ob non probatum delictum reus fit absolendus ab obseruatione iudicij, & non diffinitiuè, & quod hæc sit

communis & vniuersalis praxis, & opinio magis communis, atque recepta: duabus contrariis relatis per Couarr. lib. 1. var. cap. 1. post num. 8. & per totum. testatur Prosper Farinac. vbi proximè d. q. 4. à num. 27. vbi multa de materia.

83 Sed quid si penitus ex actis non apparet causa, ex qua fuerit reus absolutus, tunc quamuis Doctores in l. i. C. quando civilis actio criminali præiudicet, videantur se inclinare, vt præsumatur lata ob non commissum delictum: tamen communis est opinio in contrarium, scilicet, ob non probatum. gloss. in l. si quis ad exhibendum. ff. de exceptio. rei iudicatæ. Bart. in l. hoc. 2. §. edicto. num. 3. versicul. aut dubitatur, ff. vi bonorum raptorum. & ibi Angel. num. 6. Salicet. in d. l. i. post num. 10. Bald. in l. 3. C. de sentent. que sine certa quantitate. Lanfr. in cap. quoniam contra in verbo, interlocutoria, num. 43. de probatio. Anton. de Butt. in cap. de his, num. 4. colu. 2. in princip. vbi Zabarel. num. 4. Felin. num. 8. versicul. quid sit simpliciter. vbi de communi. Marian. num. 32. & seqq. de accusatio. Paris. conf. 87. num. 53. lib. 3. & in repetit. l. admonend. num. 77. ff. de iureiur. vbi etiam de communi. Angel. de malefic. in verbo, ad querelam, num. 85. in fin. versicul. si verò non apparet. & ibi August. num. 88. ad fin. Couarr. d. lib. 1. var. cap. 1. num. 8. cum alijs relatis per Brunor. à Sole in suis questionib. lega. q. 17. num. 3. Prosper Farinac. d. q. 4. n. 28. versicul. quod si penitus.

84 Et quid erit dicendum de sententia, qua quis condemnatus fuit in exilium, & non apparet ex ea, de quo senserit iudex, an de voluntario, an de præciso. Hanc mouet difficultatem Parla. 3. tom. q. 17. num. 6. & supra post sequentibus, quo loci probat, in dubio de præciso exilio, quàm de voluntario sumendam esse interpretationem, & sententiam intelligendam, quem vide.

85 Vterius quærit potest: an vir condemnatus per iudicem ecclesiasticum, simpliciter ad præstandam vxori cautionem, propter eiusdem viri fruentiam, & quod aliter fieret diuortium quoad totum, & mutam cohabitationem, an si non præstet fideiussores, satisfaciens, si offerat nudam cautionem, vel etiam iuratoriæ, & an executor excedat si illum ardeat ad fideiussores præstandos, etiam illos non reperire allegantem. Et quod excedat executor, probatur. nam verba iudicis debent intelligi secundum mentem iuris, vt superius à num. 60. altius probauimus, sed simplex cautio de iure, dumtaxat intelligitur de verbali obligatione, iuxta gloss. in l. 2. §. sed si agant, in verbo, sola promissione. ff. de iudicij. quamuis consuetudo obtinuit, vt requiratur etiam hypotheca, & bono



bonorum obligatio, tener Bart. in l. pratoria. num. 2. ff. de precatoris stipulatio. Socin. cons. 120. cum in presenti consultatione, in 2. dub. colum. 3. num. 4. versic. sexto quia demum, lib. 1. quam vt magis communem seruandam testantur lff. in l. 1. num. 20. colum. penult. ad medium, versic. circa dictas quinque sententias. ff. qui satis dare cogant. & in l. si prius, num. 52. de noui oper. nuntiatio. Padill. in l. super poss. num. 22. cum seqq. C. de transactionib. & per l. 1. tit. 7. p. 3. tenet Quezada in cap. 1. num. 1. Socin. regul. 43. versicul. fallit 4. Ceual. in contra commun. tom. 1. q. 66. num. 1. & 2. Gratian. in disceptatio foren. tom. 1. cap. 147. num. 19. & 20. ergo executor iuris intellectum, & verborum sententia significationem attendere, & seruare debet.

Secundò & pro hac parte facit, quoniam est ad fideiussores prestandos maritus virtute sententia teneretur, tamen propter impossibilitatem ex eo, quod eos non reperit (quæ est maxima difficultas excusabilis secundum gloss. in l. 3. §. quamuis. in verbo, quibus. ff. si cui plus quam per l. Falcidiam. & ibi Bart. num. 3. l. si uehenda. §. idem iur. ff. ad l. Rhod. de iactu.) debet excusari, iuxta l. 1. C. de usufruct. l. penult. C. vt in possess. legat. Angel. in l. 4. de usufruct. lff. in aut. cui relicto. num. 8. C. de iudic. a vidua. tollen. & alibi passim per 89 Doctores. Sed vbi datur maxima difficultas, vel impossibilitas adimplendi sententiam in eo, super quo lata fuit, sententia executio fit in eo, quod potest. text. est in l. qui restituere. ff. de rei vindic. text. in l. Iulianus. ff. de confess. l. si longis. C. de executione rei iudicata, quibus probatur, quod licet quis præcisè teneatur ad rei restitutionem, & traditionem, & ad id compellatur; nihilominus si non habet facultatem rei restituendæ; puta; quia perit, decessit, vel abiit; vt iudicatum sortiatur effectum; fit executio in æstimatione, & valore eiusdem rei, de quo latè egimus supra hac 4. p. cap. 5. versic. in superius à nobis propositam à n. 3. & quæ ibi dicta sunt, bene conducunt ad propositum.

Et vltèrius comprobatur ex doctrina Angeli Aretici. consil. 136. in themate num. 4. & per totum contrarium, dum loquitur de sententia condemnante Titium, ad conseruandum indemnem Gaium ab obligatione Gaij, si obligatio Gaij est extincta, quia fuit tanquam fideiussores compulsus soluere, debet relaxari indemnis eo modo, quo potest, vt solum sibi restituatur, licet sententia dicat releuari ab obligatione, comprehendit etiam à solutione facta vigore dictæ obligationis. Bald. consil. 501. casus talis est. per totum. maxime in fin. lib. 5. Roman. consil. 14. in prin. & ibi additio 1. Felin. in cap. auditis, colum. 1. de prescriptio. gloss. in cap. & puto. ff. famil. her-

ciscand. Abb. in cap. ex literis in fin. col. penult. de pignor. Cardinal. Tusc. practica. conclus. tom. 7. litera S. conclus. 126. num. 20. vt sententia absoluens tutorem à tutela, intelligitur de reddenda ratione tutelæ, super qua actum fuerat, & non de tutela, & per Angel. Aretin. in d. consil. 136. & 20. & num. 13. & 17. latè prosequitur Cardinal. Tusc. vbi proxime conclus. 126. à num. 12. cum quatuor seqq. vbi loquitur de condemnato in eo, quod de iure est impossibile, sed honestum, qui compellitur de facto ad executionem eo modo, quo potest, quando secundum verba sententia non potest fieri executio, vt de condemnato ad tradendum instrumentum debiti, si non reperitur, cogitur condemnatus liberare victorem, vt per Angel. Aretin. vbi proxime d. numer. 13. & seq. tenet Tusc. d. num. 128. ergo idem dicendum venit in nostro casu, quod si vir non potest inuenire fideiussores (casu quo ad illos prestandos teneatur) satisfacere dicitur sententia, si cautionem iuratoriariam offerat.

Sed contrariam sententiam, & opinionem longè de iure vtiorem esse, censco. Primò, quoniam quidquid sit de iure, vel consuetudine de simplici cautione dicendum, ex iis, quæ ad primum argumentum contrariae partis scripsimus; tamen indubitatum illud est, quod quotiescunque à iure requiritur cautio plena, sufficiens, recta, aut competens; tunc iuris intellectu, & interpretatione intelligitur de cautione cum fideiussores, vel pignoriibus. Socin. in regul. 43. versic. fallit 4. tradit in cap. quoniam, §. in alijs vt lite non contestat. & in cap. fin. de pignoriibus, cap. 1. de sequel. poss. & fruct. cap. qua fronte, de appellat. gloss. in cap. ex transmissa, de restitutione spoliat. verbo. sufficienti. l. si mandato Titij, §. fin. ff. mandati. l. ergo, §. adini. ff. de fideicommiss. libere. & alij Doctores statim citandi. Sed cautio quæ à viro faciente debet vxori prestari, debet esse sufficiens iuris dispositione. text. est in cap. transmissa. ibi, ipsam ei restitui facias, recepta tamen sufficienti cautione, vbi iura, & glossæ superius citata, & citandi Doctores exponunt, sufficiens, id est, cum fideiussores, vel pignoriibus. quia iudex debet recipere cautionem, per quam 95 mulier sit magis secunda à viri fauitia, quam si sit magis secunda à viri fauitia, vt mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri, non solum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoueri, & c. & ita tenent Anton. Gomez post alios lib. 2. variar. cap. 6. sub num. 16. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. casu 139. Gutier. canon. quasi. cap. 34. per totum. Ceuallos in contra commun. tom.

tom. 1. q. 66. numer. 9. & supra num. 2. Bertazz. clausul. 42. gl. 8. num. 2. Gratian. in disceptatio foren. tom. 1. cap. 147. num. 2. & 22. quia aliter securitati vxoris trepidanti non consulitur, ex d. iuribus, & Doctores.

96 At verba iudicis debent intelligi secundum mentem iuris, & ita debet sententia generalis interpretari, prout de iure fieri debuit, & vt cum iuris dispositione conformetur. De quo plenissime per nos actum fuit superius hoc eodem cap. num. 3. versic. & isthæc declaratio interpretatiua, & c. & à numero. 46. versic. interpretationem autem extraneam. & num. 62. versic. hinc est quod sententia debet intelligi, & imò etiam verba sententia debent intelligi ciuilitate. Calderi. cons. 88. an sit legatus. alijs 8. de off. delegat. & cons. 3. 14. circa medium, vers. licet ergo alijs 1. de feud. Petr. de Anchara. consil. 153. punctus talis. num. 8. Roman. cons. 90. num. 4. & cons. 3. 12. circa propositam, col. 2. num. 2. vbi additio latè prosequitur Cardinal. Tusc. practica. conclus. tom. 8. litera V. conclus. 104. per totum. qui num. 5. cum Soci. consil. 186. Reueren. 97 diff. num. 3. lib. 2. dicit verba ciuilitate esse intelligenda, videlicet, vt applicentur rebus proportionabilibus. Et facit quod latè ipse Tusc. eodem titulo & litera, concl. 97. per totum.

98 Et verba sententia in dubio sunt interpretanda secundum naturam actionis intentata, & prout magis congruet natura rei, de qua loquitur, vel agitur. Bald. cons. 501. per totum, lib. 5. Paul. Castren. in l. 1. per illum text. ff. si quis cautio. Decius consil. 339. vists ijs, in princip. Ioan. Faber in §. curare, num. 13. vers. in tertio casu. & ibi lff. num. 35. in fin. de actio. Menoch. (loquens in natura instrumenti) consil. 110. num. 33. lib. 2. Cardin. Tusc. vbi supra, d. tom. 7. litera S. concl. 125. num. 22. 29. & 30. & num. 42. ergo ad iuris interpretationem, & significationem debet reduci (cautio) verbum, & sic non satisfaciet condemnatus cautionem simplicem, aut etiam iuratoriariam offerendo.

99 Deinde quia dicta sententia præcisè obligat, & altringit, vt latè probauimus supra cap. 5. hac 4. p. per totum, & à num. 2. 5. quoniam sententia est stricti iuris, & tantum disponit, quantum loquitur. Et vltra non extenditur, quam importet verborum sonus. Bald. in l. Iulia. num. 5. de conditione indebiti. Alexand. cons. 108. num. 2. volum. 5. & ex Decio, & vtroque Curio, lff. Ripa, & alijs, Petr. Surd. decis. 12. num. 13. & per Decium in l. ius nostrum, num. 1. ff. de regul. iur. Gozadi. consil. 50. num. 12. Socin. iunior consil. 181. num. 67. lib. 2. Crauet. consil. 188. num. 6. Castren. consil. 3. lib. 1. Menoch. consil. 80. num. 39. Borgni. Caualca. decis. 1. num. 6. p. 3. Ancara. consil. 437.

ista sententia, in fi. Anani. consil. 18. vifa sententia, in princip. Alexand. consil. 174. opportunè, num. 2. lib. 2. & plenè consil. 49. in causa, in princip. lib. 7. & consil. 164. vists, num. 2. vbi addi. verbo, stricta. adducit concordantes lib. 7. Rolan. à Valle, cons. 70. num. 10. & seqq. lib. 3. Decian. consil. 8. num. 108. lib. 1. Decius in consil. 607. num. 7. Curtius Iunior consil. 153. in fi. lff. consil. 98. accedo. col. fi. lib. 1. Capol. consil. 57. Decius in l. 1. ff. de off. eius. Menoch. latè consil. 110. à num. 13. lib. 2. vbi multa cumulat. Nec ex 101 sententia possumus aliquid inferre, nisi quatenus ex vi verborum de necessitate inferatur. Bart. in d. l. Iulia, de condic. indeb. Alexand. consil. 84. in causa, num. 3. lib. 3. Ancara. consil. 474. ista sententia, in fi. Decius consil. 322. vists, in princip. Aymon Crauet. de antiquit. tempor. 4. p. §. 1. incipit, transo. num. 64. & 65. Rota nouissima in vna Astenf. Sedis 2. Decembris 1588. refert Farinac. quæ inter recolletas per eum decis. 864. sol. mihi. 478. Petr. Surd. decis. 261. num. 6. Cardinal. Tusc. practica. conclus. tom. 7. litera S. concl. 126. num. 57. & seqq. plures refert Padill. in l. si de certa, num. 5. C. de transactio. & post Abb. Tiraq. & alios Cacheria. decis. Pedemon. 64. num. 1. & 2. Christophor. de Paz in tract. de tenuit. tom. 1. c. 11. n. 19. & 20.

Quapropter dicendum est in nostra questione, quod cum rei, negotij, iudicique, & verbi natura non patiatur à propria significatione verbi (cautio) (ad quam vir propter fauitiam condemnatus est) recedere, ideo executor minimè excedere dicetur, si illum præcisè ad fideiussores, seu pignora adstringat. quam partem etiam tenent in nostris terminis Gutier. in l. nemo potest, numer. 297. Roland. à Valle consil. 37. nu. fi. vol. 2. Ceuallos in contra commun. tom. 1. q. 66. n. 13. & vltra quos referens sequitur Gratia. in disceptatio foren. tom. 1. cap. 147. à num. 22. & supra. licet ad faciendam condemnationem, an, & quando debeat maritus condemnari, 103 ad præstandam huiusmodi cautionem, plurimum importat iudicis arbitrium, qui ex varijs causis cuncta rimando, prospiciet, an calumniosè petatur ab vxore; & an appareat de magna fauitia. Et sic quoad faciendam condemnationem iudicis arbitrio relinquant Ceuallos & Gratia. vbi proxime, per Menoch. de arbit. casu 142. post factam autem condemnationem (de quo nos loquimur) iudicis arbitrium cesset ex supra dictis.

Et hac parte retenta, non obstant in contrarium adducta argumenta; non primum, cui respondimus in primo fundamento huius secundæ partis, scilicet; quia loquitur quando simplex cautio desideratur secundum naturam, & qualitatem iudicij, & negotij,



gotij, non tamen quando requiritur cautio sufficiens, vt hic.

104 Nec obstat secundum argumentum, quia omnes doctrinae ibi adductae, licet in se verissimae sint, nihilominus procedunt in casibus, quibus loquuntur, nempe, quando est impossibile, vt aliter possit obtineri rem iudicatam satisfieri, puta; quando petiit, vel obiit res, & tunc propter impossibilitatem exequitur eo modo, quo melius possit consuli vincenti, puta; in aequivalenti, & aestimatione, vt constat ex Doctoribus, & iuribus ibi allegatis. at in nostro casu, primo deficit ipsa impossibilitas, deinde quia deficientibus fideiussoribus, aut pignoribus, non potest dari executio in re aequivalenti, cum periculum vxoris non recipiat aestimationem, nec pretium, quo ius suum deterius redderetur, cum per simplicem cautionem, nec etiam iuratoriā, non euitet periculum scruentis viri. Et sic vel praecise compellendus est, vel in secunda sententiae parte, nempe; in separatione quoad totum, & executio facienda est, secundum ea quae late superius diximus cap. 11. num. 47. & seqq. versic. sed quid dicendum in sententia, &c. post Farin. in pract. crimin. tom. 1. q. 26. a. num. 13. cum seqq.

107 vbi diximus, sententiam latam contra aliquem in centum, quae si non soluat, illum condemnat in exilium, vt non soluendo dicta centum, quia si non habet, exequitur sententia in poena corporali comminata, vide quos ibi late adduximus, quae omnia recte ad propositum nostrum conducunt. Et etiam aduertit Ceuall. vbi proxime ad n. 13. cum seqq. vbi quod mulier deponetur loco tuto.

108 Contingit dubitari de clerico, qui in aliquem protulit verba iniuriosa, & per nuntium (vt assolent) seu alium iudicem ecclesiasticum condemnatus fuit, ad debitam honoris reddendam satisfactionem; an executor excedat, si illum cogat palinodiam recantare, & se despicere, vt honori iniuriati satisfiat, & consulatur. Et non excedere videtur, eo, quod ita iure haec honoris satisfactio declarata est, l. 2. tit. 10. lib. 8. recipi. quod attendi etiam debet in foro ecclesiastico; etenim iure canonico deficiente, recurendum est ad iura, & consuetudines regni, potius quam ad iura imperialia. ita docet Pala. Rub. in repetit. rub. de dona. inter. colu. 5. allegans Didacum de Villadiego, Doctorem Hispanum, & post Praepositi doctrinam in cap. consuetudo. 1. d. colu. 3. tenet Bernar. Diaz in pract. crim. caso. cap. 66. de maledicis sub num. 7. vbi etiam dicit, clericum iniuriatorem teneri hanc poenam pati.

Sed contrarium, imò quod iudex execu-

tor excedat manifestè, probatur, tum quia sententia eam poenam non infligit, nec verba patiuntur: tum etiam, quia Bernar. Diaz vbi proxime, dum in clerico iniuriatore intelligi dicit legis Regiae poenam palinodiam, communitur à Doctoribus reprehensus est, cum nobilitatis priuilegio fungatur. Parla. lib. 1. variar. cap. 17. num. 31. & 32. Didac. Perez in l. 9. tit. 1. lib. 1. ordin. Boëri. conf. 4. num. 40. idem Didac. Perez in l. 3. vers. de maledico. tit. 8. lib. 8. ordi. Placa in epitome delicto. lib. 1. cap. 1. num. 2. 4. D. Anton. de Padill. in l. quamuis, num. 9. C. de iur. & fact. ignorant. Salced. in addit. ad Bernar. Diaz vbi proxime d. num. 7. verbo, se mentium. Prosper Farinac. (post Salced.) in pract. crim. tom. 3. q. 10. s. n. 75.

Deinde quia clericis iniuriatoribus, ad satisfactionem honoris iniuriam passi, iure canonico apposta est poena, qua clericus cogitur, veniam ab aduersario petere, vt est text. expressus in cap. clericus maledicus, 46. d. qua puniuntur clerici in foro ecclesiastico, secundum Salcedum & Farinac. vbi proxime. quem vide supra à num. 71. vbi multa in propositum adducit. Et hanc etiam poenam petitionis veniae recenset Bernar. Diaz dict. cap. 66. num. 1. quare non erit recurendum ad ius Regium, cum in hoc non deficiat iuris canonici determinatio.

Vnum nota, quod generaliter condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis, late prosequitur Farinac. vbi proxime à numero. 61. quod obtinet etiam in clerico condemnato hac iniuriarum actione, text. in cap. cum te. & ibi notant omnes de re iudic. Bernar. Diaz in d. pract. crimin. canon. cap. 66. n. 6. Salced. ibi litera P. Placa in epitome delicto. lib. 1. cap. 4. in fi. num. 5. Farinac. ibi num. 64. Tamen erit animaduertendum, quod quamuis cantans palinodiam, & se despicens coram iudice, notario, & testibus, iuxta formam d. l. 2. tit. 10. lib. 8. recipi. remaneat infamis: tamen quando pro bono pacis, non tamen seruata specifica forma dictae legis, alia verba aequipollentia satisfactoria proferat, non erit infamia maculatus. Nam aliud est se despicere formaliter, & aliud verba satisfactoria pronuntiare, bene probat Auilles in proemio Capitul. prae. num. 20. in fi. aduersus Gregor. Lopez in l. 25. tit. 18. p. 2. in gloss. verb. como desmentir, & merito, vt recenset, & saepe practicasse affirmat Hieronym. Gonzal. in regul. de men. & alter. gloss. 4. sub n. 38. & 4. quod etiam in simili casu dubius dixit Azbed. in d. l. 2. tit. 10. lib. 8. recip. n. 89. & 90. qui praedictorum Doctorum non meminit, quae notare poteris pro huiusmodi satisfactione, & veniae petitione, ad quam clericus cogitur iniuriator.

Vtilis

114 Vtilis quaedam, & practicabilis sese nobis offert tollenda difficultas, passim contingens, & illa sit; quidam conuerti fuere vigore cuiusdam obligationis, qua obligati erant expressè omnes in solidum, tamen per sententiam simpliciter omnes condemnati sunt; an in solidum condemnati omnes intelligantur, iuxta tenorem scripturae; an pro rapta dumtaxat. & vt attendi debeat obligatio praecedens, vt gere videntur ea, quae haecenus hoc capite dicta remanent.

Sed contrarium verius est de iure, imò quod si plures simpliciter condemnentur, vnusquisque pro rata condemnatus intelligatur, licet in solidum per scripturam obligatus sit, Guid. Papae singul. 681. si plures. Aymon. Crauet. conf. 10. n. 2. & conf. 188. num. 6. Tiberius Decian. inter consilia Menochij 123. num. 10. lib. 2. optime Gratia. disceptatio. forens. tom. 1. c. 33. a. n. 50. & 51. & est text. in l. 1. C. si plures vna sententia. & optima gl. ibi verbo, virilibus. & est text. expressus melior de iure in l. si mandato. §. Paul. respondit. 2. ff. de re iudic. mirabilis etiam in l. 2. C. si plures vna sententia. condemnentur, quibus adde text. in l. Paul. respondit eos. 43. ff. de re iudic. vbi gl. in verbo, virilis, intelligit non solum censeri condemnatos pro parte, quando erat diuisa obligatio originalis, & primæua; sed etiam quando eadem obligatio esset in solidum, quia semper in vtroque casu condemnatio intelligitur in viriles, vt de communi obseruantia testatur Tiber. Decian. vbi proxime, ea etiam sequitur Anto. Gom. lib. 2. variar. cap. 12. de duob. reis sub n. 1. Giurba decif. 46. a. n. 1. & faciunt quae hac 4. p. c. 7. n. 101.

115 Et ratio est, quoniam licet obligatio originalis sit in solidum, tamen illa, quae oritur ex sententia, talis non est, nam quilibet videtur de iure condemnatus pro parte, & sententia debet intelligi secundum dispositionem iuris, ita vt omisso, seu non expressum, habeatur pro omisso, secundum Guido. Pap. Crauet. Grati. Gomez. & Giurb. locis super relatis.

116 Et ex hoc inferitur ad plures tutores, ad reddendam rationem condemnati, quia intelligitur, quilibet pro rata, & pro parte, non in solidum. Castre. in l. si quis separatim. §. quoties de appellatio. Petr. Surd. conf. 150. num. 35. Lallong. rascen. 7. n. 5. Costa de lata portione q. 33. n. 3. Giurb. vbi supra, n. 4. d. decif. 46.

118 Et comprobatur, quia quando adessent plures colligantes condemnati in expensis simpliciter & genericè, vt tunc vnusquisque teneatur pro parte sua dumtaxat, ita vt hoc modo sententiae generalitas debeat declarari, & interpretari secundum Afflict. decif. 215. & ita seruandum esse testatur Casalgado de protect. Reg. Tom. II.

puta. decif. 243. p. 1. Caua. decif. 15. num. 31. Cartar. decif. 28. n. 2. Cancercar. lib. 3. resolutio. cap. 17. num. 195. Millan. decif. 15. num. 89. pro quo faciunt iura superius allegata. Hinc sententia contra plures simpliciter pronuntiata, lata dicitur contra quemlibet pro virili, & quantitate bonorum occupatorum, vt per argumentum legis si mihi, & Titio. in prin. de verbor. obligatio. l. reos. §. cum in tabul. ff. de duobus reis. & per d. l. Paul. respondit eos. & per d. l. 1. latius comprobatur Philip. Corneus conf. 190. n. 13. cum seqq. volu. 1. fol. 145.

Quae doctrina in tantum vera est, vt iudicatum dixerit Afflict. decif. 215. quod si ex sexdecim obligatis in solidum, quatuor dumtaxat simpliciter conuerti condemnentur, pro rata tantum condemnati censentur, non habito respectu ad numerum condemnatorum, sed potius ad munus sexdecim obligatorum, ita vt eorum quilibet non in quarta, sed in portione decima sexta, condemnatus existimetur, & intelligatur, etsi haec in re anceps sit Surd. conf. 150. num. 35. tamen Afflictum laudant Apollilla ad Abbatem conf. 263. volu. 1. & melius Ab. conf. 33. volu. 8. num. 2. Caua. decif. 15. num. 31. & decif. 38. num. 3. & decif. 30. num. 112. p. 2. Gramati. decif. 68. num. 9. Costa de rata portione quae est. 33. num. 9. & quae est. 138. num. 1. Ripa de indiuiduis. sess. 8. num. 61. Decian. conf. 3. volu. 9. num. 3. Corneus conf. 71. volu. 1. num. 1. Millan. decif. num. 86. lib. 1. Verall. decif. 343. p. 1. Cartar. decif. 28. Franch. decif. 228. Boëri. decif. 99. & decif. 310. num. 4. Crauet. conf. 19. num. 51. Tepat. variar. resolutionum cap. 17. de sententia. num. 292. Cardinal. Tusc. practi. conclusio. litera O. conf. 32. num. 15. & seqq. Giurb. decif. 46. num. 1. dicens ex eo, quia in residuo absoluit censentur, gl. in d. l. 1. verbo, virilibus. Cancerc. d. cap. 17. num. 295.

Haec tamen doctrina, & dispositio nostra principalis limitatur; dummodo iudex in sententia non habuerit respectum ad libellum, in quo si fuerit instatum omnes condemnari, & per iudicem relaxetur petita executio, perinde est ac si omnes in solidum condemnasset. B. in l. 1. post medium. & ibi Bald. numer. 3. in fi. C. si plures vna sententia. Gratia. in discepta. foren. tom. 1. cap. 33. sub num. 51. vbi testatur ita tenuisse Rotam in vna pecuniaria Bononiens. 28. Iunij 1602. coram Domino Coccin. censentur etenim repetitae in termino referente, omnes qualitates, quae insunt in eo, ad quem sit relatio. l. si ita scripsero 38. de conditio. & demonstratio. B. in l. si prior 33. ff. solutio matrimonio & in l. 1. in princ. ff. de receptatio. Bal. in l. si fideiusor. §. qui interrogatus. de interroga. actio. r r Decia.



- Decia. *consil.* 603. num. 6. post princ. Anchar. q. 2. l. n. 11. lib. 2. Gracia. *vbi proximè d. num.* 5. 1. ad fi. & superius nos alios citauimus. Alias nonnullas declarationes, seu fallentias apponit Giurb. *d. decis.* 46. quæ omnia quidem præ oculis habere debet executor, vbi sibi huiusmodi sententia exequenda committitur.
- 124 Hinc prius vt abeamus, animaduersione dignum esse duxi, stylus qui in supremis tribunalibus introducitur (potius abusus vocandus) vt petens sententia dubia, aut obscura declarationem, adstringatur intra viginti quatuor horas, seu potius intra diem eundem prolata sententia, eandem petere, iuxta determinationem text. in l. Paulus. la. 2. de re iudic. Sed attendite quæso, quod iudex, licet addere, mutare, & alterare suam sententiam, & eius substantiam non possit, l. quod iussit. de re iudic. & d. l. Paul. tamen interpretationem extensiuam facere potest duntaxat, circa accessoria sententia, puta: fructus, expensas, &c. & eam non aliter facere potest, quam eodem die, & hoc casu loquitur d. l. Paul. prout bene intelligunt post B. & alios, Petrus Ferrar. in *practic. in forma execution. sent. diffin. verb. publico nuntio.* n. 12. fol. mihi 284. in nouiori impressione. Auiles in *capit. pretor. in præmio sub numero* 19. & ad hunc effectum rectè procedit d. stylus tribunalium.
- 127 Si verò agitur duntaxat de declaratione interpretatiua, hoc est, de declaratione verbi dubij, obscuri, aut orationis confusæ, tunc ad illam petendam ad illud tempus, nec ad aliud astringi potest petens, tum
- 128 quia facultas declarandi nunquam præscribitur etiam per mille annos, secundum optimam Baldi, & Saliceti doctrinam, in l. petens. per gloss. ibi C. de pactis. & lff. ibi col. 4. vers. ex ista glossa bene etiam, vbi de ratione per Balbum in tractatu de præscriptio. 4 p. 5. p. princip. quaestione 1. numero fin. & supra. Tum etiam, quia ille, qui post aliquem terminum actum aliquem facere non potest, potest tamen declarare iam factum, plurimi sunt Doctores in huius doctrinae comprobationem, cuius nomenclaturam adduximus supra hoc cap. versiculo, ex hoc fonte fluit. à numero 33. ergo hanc declarationem interpretatiuam illo termino l. Paul. circumscribi, nec arctari debere, certum est.
- 130 Deinde, quia licet iudex sententiam difinitiuam mutare, aut corrigere non possit, l. iudex posteaquam. ff. de re iudic. nisi in accessoriis vt supra: tamen illam potest declarare, gloss. verbo, sed iam interpretari, in l. ea que. C. comminationes, epistolas, & sentit

gloss. in l. sed & si utriusque. in verbo, & sic aut. ff. de iudicio. Ioan. Andr. in additio. ad Specula. in tit. de testament. §. nunc videndum. vers. hoc etiam nota. B. in l. heredes palam. §. si quid. vers. quero an iudex. & ibi Immol. vers. item quod iudex. post Bal. ibi in §. sed si notam. versiculo tertio est argument. ff. de testam. B. in l. ab executore. versiculo quarto secundo. ff. de appellat. Ioan. Fab. in l. 1. vers. item dic. C. sententiam rescindi non posse. Alexan. in l. 1. vers. sed videtur. C. de liber. & posthu. & in l. Auihorum. vers. sed vbi essent. ff. de re iudic. Lanf. in cap. quoniam contra. verbo, interlocutiones. vers. vltimus dubitatur. de probatio. Alexand. consilio 3. vers. super alio quaestio. volum. 1. Calcan. consil. 69. vers. quarto queritur. Felin. in cap. super quaestio. vers. ego allego. de offic. delegati. Decius in cap. 1. vers. tertia est species. de postulatio. prelator. & in l. in ambiguis oratio. ff. de regul. iur. Rebuff. in l. quod iussit in 2. nota. num. 153. & num. 155. Anton. Gabriel communi. conclus. lib. 6. tit. de regul. iur. conclus. 3. num. 14. quæ potestas tempore circumscribi non debet, vt supra.

Vltimò facit, nam si tribunalium executores, pro rerum iudicarum executione dati, etiam post multos dies à tempore prolata sententia, hanc declarationem interpretatiuam faciunt (vt latè superius probauimus, & quotidie practicamus, & videmus) ergo ipsimet iudices, qui sententiam eandem proferunt, multo fortius post dictum terminum viginti quatuor horarum (iuxta dictam l. Paul.) facere poterunt, cum (vt diximus) lex illa procedit, quando aliquid additur, vel detrahitur sententia: circa eius accessoria, quod locum non habet in hac declaratione interpretatiua, in qua nihil additur, vel detrahitur, sed duntaxat factum obscurum detegitur, vt latè supra dictum reliquimus hoc capite.

## CAPVT XIII.

Ab executore sententia ordinem præposterante, & omittente, an appellationi emissæ non deferens, violentiam commisisse dicetur.

## SVMMARIVM.

Ordo legis sonans in monitionem potius quam in necessitatem, licet omittatur, non vitiat. num. 1.  
Præposterior ordinis sonantis in consilium legis non in necessitatem, non vitiat. n. 2.  
Ordinem sententia præposterioris executor excedit manifeste. n. 3.

Ordo

Ordo est modus agendi, sine quo nihil rectè agitur. num. 4.  
Executor excedens modum nulliter agit, & propterea appellatur. n. 5.  
Ordinem excedere seu modum, idem est, cum sint duo inseparabilia. n. 6.  
Actus omnes humani à tribus dependent, nempe, potestate, voluntate, & modo, qui est ordo ad finem. n. 7.  
Ordo in duplici est differentia, à iure vel ab homine datus. n. 8.  
Ordinis dati ab homine præposteriorio semper actum vitiat ipso iure. n. 9.  
Mandati forma diligenter attendenda est. n. 10.  
Appellatio licita est ab actu nullo. n. 11.  
Præposteriorio ordinis etiam dati à iure in eadem causa, & sic de se ipsa ad se ipsam vitiat ipso iure. n. 12.  
A præposteriorio ordinis etiam à iure vnus causa ad se ipsam, appellatio licita est. n. 13.  
Præposteriorio ordinis eiusdem causa ad seipsam, vitiat processum ipso iure. n. 14.  
Præposteriorio ordinis in diuersis causis præiudicialibus, tamen inter se annullat ipso iure. n. 15.  
Ordo præscriptus sententia, eius præposteriorio cadit in se ipsa causa executionis. n. 16.  
Præposteriorio ordinis dati à iure vnus causa ad alteram separata, seu vnus iudicij ad aliud, non vitiat ipso iure. n. 17.  
Ob præposteriorio ordinis dati à iure vnus iudicij ad alterum, sententia & processus tenent à quo appellare necesse est. n. 18.  
Ordo vnus causa in seipsa est velut ordo membrorum in corpore individuo, à quo si subuertatur aliquod principale, totum corpus perit, scilicet in ordine vnus causa ad aliam diuersam. n. 19.  
Ordinis à iure de vna causa ad aliam præposteriorio non admittit appellationem in iudicio sui natura inappellabili, quia non causat nullitatem. n. 20.  
A peruersione ordinis appellatio admittitur etiam in iudiciis aliis privilegiatis, in quibus regulariter appellatio non admittitur. n. 21.  
Nullitas cadit in peruersione ordinis vnus causa ad seipsam, & ideo executionem non meretur. n. 22.  
Ordinis præposteriorio est grauamen evidens patens ex actis. n. 23.  
Sententia euidenter iniusta cum nullitati equiparetur, admittit appellationem etiam in causis privilegiatis. n. 24.  
Iniquitatis respectu nunquam appellatio prohibita intelligitur. n. 25.  
Executor ad rei restitutionem cum clausula (refusus prius melioramentis) an excedat si anteriorum liquidationem rem faciat restituere. n. 26.  
Qui non excedere dixerint hoc casu recensentur. n. 27.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Dictio (prius) significat precedentiam, & dat ordinem & formam, cuius omisio vitiat actum. n. 28.  
Ablatiuum absolutum inducit conditionem. n. 29.  
Conditio debet adimpleri ita vt interim suspendat dispositionem. n. 30.  
Verba (solutis expensis) faciunt sententiam conditionalem. n. 31.  
Conditio importat formam. n. 32.  
Conditio non seruata actus corrumpit. n. 33.  
Reseruat ius in sententia, ipsius executionem non suspendit, scilicet si sententia condemnat sub aliqua modificatione, aut limitatione, quia tunc suspendit. n. 34.  
Reseruat ius condemnato in sententia, eius executionem non suspendit, quia intelligitur reseruat in aliud iudicium. n. 35.  
Secus si sententia aliquam exceptionem aut limitationem adiciat. ibid.  
Sententia condemnans ad restitutionem bonorum, exceptis qua sint in territorio condemnati, aut qua sint feudalia, prius de exceptione est facienda liquidatio. n. 36.  
Quia interim dum hæc non fit liquidatio, sententia dicitur incerta. n. 37.  
Verba limitatiue apposita habent terminum quem non licet excedere. n. 38.  
Dictiones (quatenus, donec, quandiu, dum, quoad, vsquequo) & similes, significant limitationem temporis & suspendunt sententiam. num. 39. & n. 41.  
Dictiones (quatenus, donec, quoad, &c.) si imponantur ad inchoationem alicuius beneficii, important conditionem. n. 40.  
Dictio (dummodo) quando apponitur in sententia ei, quod venit implendum, ante perfectionem actus importat conditionem. n. 42.  
Dictio (quatenus) aliquando idem significat quod (dummodo). n. 43.  
Gerundium dando, restituendo, &c. importat conditionem & formam præcisam adimplendam. n. 44.  
Gerundium adiectiuum, vel participium, inducit necessitatem. n. 45.  
Sententia lata sub conditione vel modo, semper opponi potest de defectu conditionis vel modi. n. 46.  
Quia tunc non tam ab alio repellitur quam à se ipso, cum ex eodem fonte & instanti oriatur actio & exceptio. n. 47.  
Actor qui in actione includit & deducit exceptionem, suo se ligone percutit, ita vt sibi incumbat onus probandi. n. 48.  
Exceptio qua oritur ex sententia præcisè, est verificanda in executione, etiam si requirat alioverum indaginem. n. 49.  
Exceptio nullitatis si oritur ex ventre instrumenti quod exequitur, suspendit eiusdem executionem. n. 50.

11 2 Nullitas